

2018 AREA F CONVENTION

Contestant: _____ - _____
(School Code - Your Sign-Up Sheet #)

Sight Recitation Advanced Poetry (Levels 4 & 5)

ille mī pār esse deō vidētur.
ille sī fās est superāre dīvōs.
quī sedēns advērsus idētidēm tē
spēctat et aūdit.
dulce rīdēntem miserō quod omnēs
ēripit sensūs mihi. nam simūl tē
Lesbia aspēxī nihil est supēr mī
vōcis in ōre.
līngua sed torpet. tenuis sub artūs
flamma demānat. sonitū suōpte
titinant aurēs. gemina teguntur
lūmina nocte.
ōtium Catulle tibi molestum est.
ōtio exsultās. nimiūmque gestis.
ōtium et regēs prius et beātās
perdidit urbēs.